



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 116. Pax Regem inter & Burgundum firmata

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

mum cum Burgundo de Pictaviensi possessione acturus esset, aperte significaturum, quod hæc Provincia omnino Aquitannicæ Præfecturæ, a qua eam Rex avulsisset, denuo esset adjungenda.

Sæcul. XV.
A.C. 1471.

§. CXVI.

Pax Regem inter & Burgundum firmata.

Nihilominus Regem inter & Burgundiam Ducem pax inita, atque utriusque Crotojæ firmata est ea lege, ut Dux omnino ab Aquitannicæ, & Britannicæ Ducum partibus deficeret, ac juramenti religione promitteret, se nunquam eorum consiliis suffragaturum. Rex autem Burgundo spondit, se oppidum S. Quintini, & Ambianum redditurum, nec ullo pacto Nivernensis Comitatus, & Connestabilis, quem totum Burgundi arbitrio relinquebat, studia sectaturum. Horum uterque Burgundicæ Ducis odium in se concitaverat, Nivernensis quidem, eo quod nonnullas urbes, quas Burgundus occupaverat, repeteret, Connestabilis vero, quod Ducem ob Comitatum S. Pauli, & omnes ferme ceteras ejus ditiones sibi tanquam clientelari Domino obstrictum teneri contenderet. Hanc concordiam Regem inter & Burgundum præcipue restituebant, illiusque arti-

Commin. lib.
3. cap. 9.

Sæcul. XV. articulos concinnabant Petrus Dorioltus,
A.C. 1471. & Credonensis Toparcha, quorum prior
 ad Franciæ Cancellarii dignitatem eve-
 hebatur, postquam Morvillerius, qui Re-
 gis gratia excidit, in Aquitanniam sese
 receperat.

§. CXVII.

Dionysii Carthusiani obitus.

Dupin. Bi- **H**oc eodem anno invidia mortis Eccle-
blioth. script. siæ ereptus est celeberrimus fidei de-
to. 12. p. 103. fensor Dionysius Carthusianus, tum pie-
Spond. con- tate, tum scientia clarissimus. Vocaba-
tin. Annal. tur Dionysius Rickelius ab oppido Rikel
hoc ann. n. 14 Leodiensis Diocesis, originis suæ loco;
Pierrius magis tamen sub nomine Dionysii Car-
Bibl. Car- thusiani notus est. Hic Ordinem Car-
thus. p. 49. thusianorum anno ætatis suæ vigesimo
85 seq. primo ingressus, totum reliquum vitæ
Baillet. Vit. suæ tempus in eo transegit, usque ad an-
Sanct. 12. num millesimum quadragesimum se-
Martii. ptuagesimum primum, quo anno die duo-
 decima Martii annos sexaginta novem na-
 tus, sancto sine quievit. Dupinus de eo te-
 statur, ipsum librorum numero, quos elu-
 cubrabat, eorumque ipse Catalogum scri-
 bebatur, parem fortassis habuisse neminem,
 Fertur quoque, Eugenium IV. Papam,
 cum ex libris ejus, nescio quem, sibi obla-
 tum legisset, admiratione plenum exclamasse:
Lætetur Mater Ecclesia, quæ ta-
lem